

LETTRE XXI.

AMICO SINÈ PARI, DD. FR. DE SAUVAGES.

S. pl. D.

CAR. LINNÆUS.

Heri me excitabat epistola tua, amice integerrime, die 20 Martii data. Nihil mihi, tuis litteris in vitâ gratius aut jucundius, evenire potest. Utinam centesimam partem laudum, quibus *Species* meas extollis, promereret liber ipse; quàm ego tùm felix horas impendissem operi, satiate plenas! Quantùm tu laudas cæco amore meî, tantùm condemnat Hallerus et quidem, cæco odio *.

* En publiant sa *Flora Suecica*, 1745, Linné, dans sa préface, avait été forcé, dans l'intérêt de la science, de contredire quelques-unes des opinions de Haller. Il l'avait fait avec tous les ménagements du respect et de l'amitié, mais il n'en excita pas moins un violent dépit chez le susceptible savant, qui lui en écrivit dans ce sens, secré-